

MONUMENTUM

beata memoria

VIRI-IVVENIS,

DN. PETRI

Kleinschmid / ROSTOCHIENSIS
Megapolitani Iurium studiosi gnavissimi
literatissimi humanissimi.

*Qui die 7. August. circa 4. matut. piè &
placide hisce terrenis valedixit.*


Ab

Amicis, Professore, & Studiosis

ALMAE ARGENTORATENSIVM ACADE-
miæ debitæ condolentiæ & amoris erga defunctum,
ejusq; matrem mœstissimam contestandi

E.

Consecratum.



ARGENTORATI,
E Typographedò Iohannis Andreæ.

CID. IDC. XXIII.





h 37334



I.

S I possent superum neci subesse
 Dona, mole sub hac videret omnis
 DEI dona tegi, tegiq; magna:
 Fato cuncta nisi sacro subessent.
 Hunc mori potuisse sic negasses;
 Hactenus tibi, nunc DEO necessum
 Est vivas, simili, pariq; amore,
 In illo precor ut perenne vivas.

Nicolaus Licke, Eq. Danus.

I I.

C Vnas, PETRE, tibi dedit Vrbs memoranda Rosarum:
 Lilia quæ gestat, parva sepulcra dedit.
 Felix ille, Rosas inter qui nascitur infans!
 Quig; diem placide Lilia propter obit!
 Ille ter atq; quater felix, de pulvere terra
 quem Flos cælorum flos Triadûsq; vocat!
 Hac defuncte tuis & nostris manibus opto,
 PETRE, Megalburgi desit a fama soli.

M. Casp. Brüllovius, P. L. Poët. Profc. P
 & Gymnasiarcha.

A 2

AD

III.
AD STUDIOSOS.

Hic
STUDIOSE
siste gradum

&
MONUMENTVM
hoc præsens

IVVENIS
cui curæ pietas
cordi virtus
intuere defuncti

PETRI Kleinschmides
Rostochienfis Megapolitani.

Hic
baculus senectutis
sue Matris
Amicorum
Vnicum solatium
futurum auxilium.
In primo primæ ætatis flore
discendi ardore
dignitatis gradu
Lepidos dum Musarum invisere colles
Bartolos atq; Baldos celebres nostros
ARGENTORATENSES
salutare saltem incepit:

Ecce

Ecce proh dolor! spem præter omnem
Sævâ sævæ mortis disiectus falce cadit
sed vixit piè
Mortuus devotè

CHRISTO DVCE

comitibus B. Angelis
devictis animæ & corporis hostibus
jam jam
Augustissimum beatarum animarum palatium
Aeternum æviteri gaudij sacrarium
intravit.

Hic E.
STUDIOSE

siste gradum
defuncti vitam, mores & studia
perpende

BONA IMITARE
SIMILIS ESTO

&
Tuo faveto.

Valerio Charstadio
Stetinensi Pomerano.

Idem.

Heu Mors mordax mordaci dente momordit
Cum senibus juvenes, pectora Magna rapit.
Sors excors, pariter Mortis Mars spicula dira
Spargit, ubiq; manus vulnerat ecce necis.
Testis erit Salomon quo non sapientior alter,
Testis erit Samson SARVLA testis erit.

A 3.

Testis.

Testis erit Cyrus, Caesar fortissimus, ipse
Pompejus Magnus, Scipio testis erit.
Testis adest Monachus, noster quid? ZORNIVS, atq;
Fabritius, praesens hic studiosus adest.
Floruit hic nuper ceu Plantula suavis in horto
Balde tuo, Mors hanc pallida fulce secat.
Parcite quaso bonus terra qui munera Parcae
ô nimium dira, tollite quaso malos.
Tollite quaso malos, sevisima pondera terra.
Tollite, Sors Mars Mors tollite quaso malos.

IV.

E*T lacruma, & cordis non fert angustia maesti*
Pluribus ut fratris tristia fata feram.
Sufficiant lacruma, cordis suspiria maesti
Sufficiant, tumulum queis decorabo tuum.
Omnia luctus habet; me flendo PETRE fatigas:
Sit satis his bustum condoluisse tuum.
 Laurentius Carmon Rostochiens.

V.

U*rbis tibi natalis primordia leta Rosarum*
præbuit. Hinc fueras succus odory, bonis.

2.

Astraam & sophiam studioso corde colebas:
Felix, dum causas justitiæq; tenes.

3.

Discessum è patriâ; reditumq; in patria rura
exornant fletus. ô amor atq; dolor!

Christiani affectus causâ F.

M. Ioh. Gütheréus, Gartzensis, Pom.
 P. L. Cæs.

VI.

Ὅχετο νῦν ἀνὴρ πότμος δεδονημένῳ οἷσιν,
 Ἠλικίως ἀνθῶ, ὅχετο χάσμα φίλων.
 Χάσμα ἀπασι φίλοις, μέσαις τε βροτοῖς τε ἀρίστοις
 Νῦν βίω πότμος ὅχετο ὥς βροτός.

Συμπαθείας χάριν ἔγραψε

Gabriel Holstenius, Noræmon-
 tanus Succus.

VII.

C*unctarum legum, MORIENDVM EST, ultima lex est.*
Implesti leges sic moriendo tuas.
Hanc ut repleres legem, nove Sideris Hospes,
In terris legum tam Studiosus eras?

2.

Ad Matrem defuncti.

U*t vidit Vestri Virtutes Christus, id inquit:*
Non Homo, sed posthac Angelus esto meus.
Dixit; & abduxit super astra suprema Beatum.
Hac causâ quare vis lacrymare, Parens?

Ex bonô affectu S.

Timotheus Polus, Misnicus.

VIII.

S*iccine Musa hostis Rhenana hac nostra palustri,*
Vt quos hac mittit, evomat illa Viros?
Ipso etiam Augusto te Februa febris ademit:
Frigore constipat sirius ipse cutim.
Ostia sed, quamvis occluserit athera siccum
Impietas, Christus dat reſerata tibi.

M. Ioh. Conradus Dannhavver P.L.

Dum

IX.

Dum nos semi - aspi patimur fera signa Leonis:
Quaris; KLEINSCHMIDI, dulce refrigerium.
Monstra etiam nobis anima patientibus astum,
KLEINSCHMIDI, quod habes dule refrigerium.

Responsio Defuncti.

Inferiora cremat, supra volitate Leonem:
Non influentia supra Polos eunt.
Manat ibi salientis aquae suavisimus Amnis:
Hic balneas anima salubres repperi.
Et vos assatatos misere hinc tuor: atq; triumpho.
Flentésq; me vos ritè rideo in simul.

M. Ioh. Nicol. Enrichius, P. L.

X.

Heu Libithina serox, quâ tepie PETRE ruina
In tumuli lutei tristia busta tulit?
Quos Patria luctus quos hac mors seva dolores.
Afferet? adq; larbs nuncia maesta feret?
Sed magnum solamen id est socios comitesq;
Humanum totum posse habuisse genus.
Néve Iugum mortis Papa subfugit ipse, potestas
Cui quoq; Tartarei fingitur esse fori.
Majus id est autem solamen ad aethera vectam
Nunc animam voto prosperiore frui.

Ioh. Iacobus Scübert, Durla-
 co-Marchicus.

FINIS.

PIETATE,
 ERUDITIONE,
 VIRTUTE

Præstantissimi, Politissimi,
 LL. Cultoris solertissimi,
 τὸ πᾶν μακάρις

DN. DAVIDIS RHE-

NISCHI Jun. Vratislavia-Silesii,

Climactericum ex septenario tertium jam-jam
completuri:

JUVENIS OBITUM,

Si ætatem spectes,
 Floridissimi, Præmaturum;
Si Parentes & Domesticos,
 Desideratissimi, Luctuosissimum;
Si Cognatos & Amicos,
 Suavissimi, Tristissimum;
Si abitum ex mundo,
 Beatissimi, Placidissimum;
Si Animam Deo commendatam,

Ex hac terrestri ARGENTINENSIIUM Academia, in
 istam BEATORUM COELESTIUM, piè, paulò
 ante 7. mat. IR. 21. Aug. trans migrantis;

Si Corpus morti subjectum,

In communem omnium nostrorum Genitricis ac Receptricis
 sinam, sequenti 13. 23. ejusd. laudabiliter restituendi;

Deplorant, Lugent

FAVTORES, AMICI
 Conterranei mæstissimi.

LIPSIAE,

Typi ABRAHAM LAMBERGI,

Anno M. DCX. XIV.